

Pinel. in dict. rubric. part. 1. n. 38. Paris. in addit. ad Decim. in l. 1. n. 18. ff. de reg. jur. & alii apud Pinellum ipsum. Sed ratio, cui haec sententia innititur; quia scilicet, indefinita aequivalens universalis; congrua non videtur, siquidem quoties aliquis diversitas reperitur inter contenta sub universalis, aequivalentiæ illi non est locus, ut probavimus supra, lib. 1. capit. 13. num. 33. inter venalia autem, ac cetera bona maximum est discrimen, ut ex dictis constat; & ex l. servos 71. in fine, ff. de legat. 3. unde illa indefinita: lego res meas, vel usumfructum bonorum meorum, aequipollere nequit universali, propter dictam diversitatem, quæ in bonis venalibus, & aliis consideratur: ad quod est textus elegans in l. si cui lana 68. ff. de legat. 3. ubi, lanâ legitâ, tinctam non deberi. Ulpianus decernit, sufficitque differentia coloris (quamvis utraque verè lana sit,) ut indefinita non aequipollerit universali: compertum enim est, quod si legaretur omnis lana, tincta quoque continetur, l. pediculis 34. § Labo ff. de aur. & argent. legat. Quamobrem non est contemnenda distinctio inter legatum universale, & generale, quam constituit Bart. in dict. §. Uxori, quem sequuntur Dec. in l. omnia, numero secundo, ff. Si cert. petat. Menoch. cons. 129. numero ottavo, cons. 407. n. 16. vers. Secundus casus, & vers. Tertius casus, cons. 1007. num. 48. & 49. Craveta, cons. 290. numero quarto, vers. Similiter, cons. 294. n. 1. cons. 297. num. 6. vers. Secundò respondet, Curt. Jun. cons. 45. n. 4. Gozadin. cons. 14. num. 22. cons. 16. n. 6. cons. 82. n. 4. Rub. cons. 135. n. 3. Natta cons. 159. n. 24. lib. 1.

Ibi: Ceterum hec quarta conclusio.

Idem repetit Menoch. dict. praef. 137. num. octavo, semper enim, maximè ubi verba sunt dubia, menti disponentis standum est, cum illa intentioni deserviant, libro tertio, §. Condicio, ff. de admend. legat. capit. humana II. 22. quæst. 5. Tiraquel. in l. si unquam, verb. libertis, à num. 47. Brun. à Sole in loc. commun. verbo, Verba num. 20.

Vers. Primò, si quidem.

28 Sit ita sit relictum: Lego res, vel frumentum, quod d' mini est. Venalia quoque debebuntur, si alia bona in ea non reperiuntur; quoniam de illis sensisse testatorem, manifestum est, cuius voluntas, si aliud diceretur, illusoria fieret, Menoch. ubi proximè, num. 9. Pinel. dict. part. 1. rubric. n. 40.

Vers. Secundò confat.

29 Legatum particolare argenti scilicet, vel rerum, quas quis in certo loco habet, comprehendit venalia, si verbum, quounque modo, adjiciatur, Menoch. numero de ino, Pinel. num. 42. Neguant, dict. membr. 2. num. 57. Put. decision. 20. numero 3. lib. 3. Gozadin. dict. cons. 14. num. vige-simo secundo, Affl. etis dict. decis. 106. Ruin. cons. 31. num. 5. lib. 2. Aym. in l. 1. ff. de legat. 1. Rub. dict. cons. 135. n. secundo. Curr. Iun. consil. 45. numero quarto. De quo tamen dubitant Dec. cons. 93. n. 3. Hieron. Gabr. cons. 98. n. 16.

Vers. Tertiò apparet.

30 Fructus collecti ex propriis agris, eri fuerint venditioni expositi, non computancur inter venalia, ut merces; cum non negotiationis causa, sed

quoniam supersunt, distrahantur. Unde si legent vinum, vel oleum, quod est in certo loco, etiam debet venale, quod ex propriis vineis, vel olivetis testator percepit, Menoch. numero decimo primo. Pinel. num. 44. licet dubiter.

Sed contrarium aliquibus fundamentis probat Hieron. Gabr. supra, num. 36. cui faver aperie Scavola in dict. l. generali, §. Idem quæst. ff. de usufruct. legat. ubi decidit, salis percepti ex propriis salinis usumfructum uxori non competere, quæ usufructuaria earum à testatore relata est: & rationem subdit his verbis: Respondi de iis legat is, quæ venalia ibi essent, non sensisse testatorem. Unde colligitur, fructus ex propriis rebus collectos venditioni destinatos, ceteris rebus venalibus, ac mercibus aequiparari, ac per consequens ad legatarium in casu, de quo agimus, non pertinere & quamvis D. Covarruvias aliter hunc textum interpretetur afferens, ideo uxori salis usumfructum noa deberi, quia, fundi usufructu legato, fructus jam collecti non debentur; tamen Consultus non ea nititur ratione, sed quod salvenalis habebatur, innuens, salē ad proprium usum domus testatoris, si ibi esset, deberi; quod forsitan speciale est in salinis, ut non sensatur fructus collecti, donec alioù sal dissortetur, qui ut plurimum non cohæret solo, sed supra superficiem terræ conficitur, unde amovetur, ut acervus fiat, ut in Hispania evenit; hinc sal in salinis ipsis coacervatus, inter fructus pendentes potest computari, quare sub usufructu salinarum ipsum contineri sensit Scavola, nisi venalis esset. Hæc autem mea consideratio aliorum judicio ingenuè subjicitur.

Præmissa quæstio nullo modo ad fructus ex gregibus perceptos attinet; nam ipsi greges negotiationis causa comparantur, mercisque appellatione idem continentur; Merlin. d. quæst. 45. n. 31. Nihilominus prior sententia magis arridet, admissa D. Covar. interpretatione ad Scavolam, qui idem sal venalem non comprehendit afferuit, quia jam coacervatus erat, & deductus à loco, in quo conficebatur, ut veniret, quare ad usufructuariam spectare non poterat, cum fructus pendens esse desinere.

Ad Num. 4.

Si relinquuntur res in certo loco repositæ, alia venali excepta, cetera omnia venalia, quæ ibi reperiuntur, ad legatarium pertinebunt; nam ex eo, quod testator aliquid venale exceptit, præsumitur reliqua comprehendisse venalia sub generali dispositione, cum exceptio debeat esse de contentis sub regula. Ita Menoch. n. 12. Ruin. cons. 32. num. 7. vers. Ponderanda, lib. 2. Idem de hypotheca agentes tenent Merlin. dict. quæst. 45. n. 22. Gair. d. c. 4. q. 5. n. 155. Molin. d. disp. 203.

Quibus conjecturis, & aliam adjicit Menoch. n. 13. scilicet propter qualitatem personarum legatum ad venalia ampliari, ut si testator dives liberis suis res, quæ domi sunt, reliquerit; l. quæstum 12. §. Sed & Papianus, ff. de fund. instru. Roman. singul. 649. Put. d. decis. 20. in fine. In quo Indicis versabatur arbitrium, qui quantitate mercium, & aliis defuncti facultatibus penfatis, estimabat, an sit verisimile, quod voluerit venalia quoque liberis relinquere, ut Consultus inquit.

Ibi: Constat etenim, & pendet ab illa eleganti quæstione.

Exceptio debet esse de illis, quæ sub regula comprehenduntur, atque ita ex eo, quod excipitur, quid regula

Variar. Resolut. Lib. II. Cap. V.

regula continet; declaratur: l. sed an ultra 10. §. 1. ff. de negot. get. Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. n. 362. Menoch. de presumpt. lib. 3. præf. 36. n. 19. Argel. de acquirend. posse, quæst. 3. art. 9. n. 12. Cagnol. int. 1. n. 31. & 34. ff. de reg. jur. Affl. dict. 45. n. 2. Surd. dict. 224. n. 13. Chart. dict. 67. n. 35. & 55. Cyriac. tom. 2. controversial. 207. n. 21. Marescot. supra, lib. 2. c. 94. n. 67. Ceval. tom. 1. quæst. 76. n. 31. Gutter. practicar. lib. 4. quæst. 54. n. 1. Amat. variar. lib. 2. resolut. 74. n. 5. Tusch. lit. E. conclus. 423. n. 6. & dixi sup. lib. 1. c. 6. n. 13.

Vers. Et ideo hoc ratione,

35 Regula solet ampliari, adjecta exceptione, ad ea, quæ alioqui non comprehenderet. l. quæstum. §. Idem responsi, domo, vers. Denique Neratius, ff. defund. instru. Menoch. d. l. 3. præf. 116. n. 74. cum aliis, & cons. 87. n. 36. Alexand. in l. ult. ff. quod quæque juris, ias. in l. properandum, in princip. n. 7. C. de judic. Dec. in l. 1. n. 25. ff. de reg. jur. Socin. Iun. cons. 34. n. 7. lib. 1. Tiraquel. de retrah. lignag. ad finem, n. 24. Cyriac. c. 1. alius tom. 1. controversial. 196. n. 113. Merlin. d. q. 45. n. 22. quod declara, ut infra, n. 49.

Ad Num. 5.

36 Pro interpretatione l. nam quod liquide, §. ult. ff. de pen. legat. præmittendum est, quod licet regula per exceptionem regulariter declaretur, ut nuper dicebamus; aliquando tamen dispositio, quæ alioqui plena foret, propter id, quod excipitur dubia redditur; prout evenit in mandato generali, quod quos causas continet, non dubitatur; sed si in eo excipiatur causa aliqua speciale mandatum desiderans, quid sub ipso comprehendatur maximè controvertitur; ut constat ex traditis per D. Covar. infra, ex n. 8. Similiter in d. §. fin. manifestum erat, quid, omni penu legata, deberetur; erat enim penu ubique relata præstanta, ac propter illam exceptionem. Exceptio vino, quod Romæ erit, cepit ambigi de regula, & mente testatoris, utrum scilicet penu omnis, vel sola, quæ in Urbe erat, fuisse relata. Dubitandi occasionem præbuit, quod testator exceptit vinum, quod Romæ habebat, & non alibi, cuius ratio cum lateret, Consulti tanquam in re obscura, quod minimum est, nempe penu Romæ repositam duntaxat deberi, responderem juxta juris regulas, l. semper. in obscuris 9. ff. de reg. jur. existimantes ideo vinum in Urbe reliatum exceperis, quia de penu ibidem existenti tantum legando cogitavit testator. Cui faverit idem, quod semper in dubiis præsumendum est, testatorem velle quanto minus possibile fit hæredem onerare; l. unum ex familia 69. §. Si rem, ff. de legat. 2. Menoch. cons. 395. num. 86. Cyriac. tom. 2. controversial. 283. num. 25. Surd. cons. 7. n. 56. Quare ea interpretatio voluntatis debet amplecti, per quam magis hæres relevetur, l. si ita sit scriptum 14. ff. de legat. 1. l. 1. ff. de liberat. legat. l. cum alienam 10. C. de legat.

Vers. Nam cum exceptio. Ibi: Mibi tamen isthac consideratio.

37 Interpretatio etiam Bartoli ex eo rejici potest, quod si relativum, illud; referetur ad penu, non ponetur in terminazione neutra, sed in alia, quæ verbo penu & non verbo vinum, conveniret, ut sic loquutionis amphibologia vitaretur.

Ibi: Ut congrua sit exceptio sat est, quid sit de regula.

Addit Cyriac. tom. 3. controversial. 531. n. 15. Cagnol. int. 1. num. 30. ff. de reg. jur. Cephal. cons. 153. n. 58.

Vers. Quinto communis, Ibi: Et Oldrad. cons. 8. Dec. in cap. sedes.

Hæc ratio Oldradi difficultate non caret, si quidem restitutio ad locum adiecta uni ex rebus, quæ legantur, facit conjecturam, ut intelligatur testator etiam in aliis eandem restrictionem facere voluisse, quo causa loquitur Consultus in l. quæstum 78. §. 1. ff. de legat. 3. quæ pro Oldrado adducitur; & comprobatur ex l. fin. §. ult. ff. De tritico, vin. & ol. leg. Sed aliud est, quod per restrictionem exceptionis ad locum, regula quoque generalis coactetur, cum potius ex limitatione exceptionis ampliatio regulae inducat, siquidem proprium est exceptionis, in non exceptis firmare contrarium; exp. domus. 32. quæst. 7. l. quæstum 12. §. Idem responsi, domo, ff. defund. instr. Thom. Delbene de immunit. Eccl. s. tit. 2. c. 16. dub. 8. n. 4. Argel. sup. q. 18. art. 4. n. 3. Menoch. d. lib. 4. præf. 89. n. 40. Cyriac. tit. 1. controversial. 55. n. 9. Unde restitutio exceptione addita, non videtur ad non excepta extendi posse, nisi ea ratione, quam nuper tradidimus, n. 36.

Ibi: Primum, ubi regula obscura.

Per exceptionem enim regula declaratur, d. l. 39 quæstum, §. Idem respondit. Menoch. cons. 518. n. 11. cons. 624. n. 10. Bart. in d. §. Idem respondit. Dec. int. 1. n. 21. ff. de reg. jur. Cyriac. tom. 1. controversial. 69. n. 34. Surd. d. decis. 224. n. 12. Cavalcane de if. 5. n. 5 part. 1. Caesar. Barz. Bonomensi. decis. 83. n. 9. & decis. 125. n. 3. Valenzuela cons. 83. à n. 88. Plot. in l. si quando, n. 207. vers. Quia exceptiones, C. unde vi. Pareja suprà, tom. 1. tit. 5. resolut. 13. n. 17.

Ibi: Quare, si quæ rati.

Similiter ad §. Uxori, respondentum est, ut supra, n. 38. ad l. quæstum, §. 1. ff. de legat. 3. ubi hanc rationem Oldradi impugnavimus.

Ibi: Quintum, eis Iuris consulto his, vel aliis.

Dificile quidem est responsum Consulti in d. l. 40 nam quod liquide, §. ult. tamen favore hæredis, ob presumptam testatoris affectionem erga illum. in dubio contra legatarium decisum est, ut diximus supra, n. 36.

Ad Num. 6.

Exceptio firmat regulam in contrarium, ultra laudatos supr. n. 38. in fin. hoc ipsum probant Rom. sig. 3; 7. n. 8. Grat. discept. forens. c. 598. Giurb. cons. 120. n. 18. Carleval. de justi. tom. 2. tit. 3. discept. 16. n. 40. Everard. in loc. legalib. loc. 9. ab except. ad reg. & loc. 99. ab speciali. Matienz. in l. 1. glosa 15. tit. 10. l. 5. Recopil. Mieres de majorat. part. 1. q. 22. à n. 2. Simon de Praetis de interpret. ultim. vol. l. 4. interpret. 2. dub. 3. per tot. Mantic. de tacit. & amb. 4. convent. l. 7. tit. 16. à n. 30. Pareja d. tom. 1. tit. 2. resolut. 5. n. 44. Flamin. de refutat. beneficior. lib. 5. q. 6. n. 186. Tusch. lit. E. conclus. 422. per tot. Seraphin. decis. 980. n. 7. August. Barbos. de axiomat. jur. axiomat. 84. n. 4. qui n. 5. limitat, quando alia interpretatio capi potest. Frederic. de Senis cons. 233. n. 3. vers. Non obstat. Ibi:

Addit. ad Covarruvias

Ibi. Exceptio tamē ipsa ad similem extenditur.

42 Exceptio non confirmat regulam in casibus exceptio similibus, immo ad ipsos extenditur. D. Covar. in cap. alma mater p. 1. §. 11. n. 15. vers. Tertiō etiam si in his de sent. excom. in 6. Aug. Barbos. in collect. ad c. cum dilecta, n. 4. de confirm. usit. vel inuti. Menoch. conf. 250. n. 57. Delbene. supra, c. 19. dubit. 11. n. 16. Guttier. Canonica. quæst. lib. I. c. 14. n. 9. Molina de primogen. lib. I. cap. 9. n. 34.

43 Similes vero causis illi dicuntur, in quibus eadem, vel major ratio, quam in expresso reperitur. Cyriac. t. 1. contr. 96. n. 39. Menoch. d. arbitr. l. 2. cap. 84. n. 8. ubi alii Bald. in illud, col. 2. C. de Sacrof. Eccl. Carleval. 3. dis. 5. n. 19. & isti quidem causis comprehensi sub dispositione non minus censurati, quam expressi. Bald. in l. per diversas, n. 6. Cod. mandati. Menoch. d. lib. 4. præf. 67. n. 16. latè Cyriac. tom. 3. controver. 478. à n. 57. Argel. supra quæst. 17. art. 6. n. 3. quare proprie natū dicuntur extensio, sed comprehensionis, ut pluribus relatis, asserit Cyriac. n. 79. qui n. 70. ex Fachingae conf. 47. n. 31. lib. 1. rationem reddit; nam sicut genus propriæ suas species continet, ita & ratio causis similes non expressos complectitur.

Ibi: Quibus adstipulatur, quod regula.

In correctoriis extensio ob identitatem, vel majoritate n. rationis, non admittitur de casu ad casum; l. quod contra 174. ff. de reg. jur. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13. n. 40. vers. Nec obstat, si dicatur, Argel. supra question. 6. art. 1. n. 4. & 14. Menoch. conf. 537. n. 3. Jafon. in Authent. quæstiones. Cod. de Sacrosanct. Eccl. Duenñas reg. 286. Villalobos commun. opinion. lit. E. num. 153. Tiraquel. de jur. marit. glos. 2. n. 22. Vivian. commun. opinion. tom. I. lib. 1. tit. 17. de legib. n. 112. Pet. Barbos. in d. l. si constante, in princip. n. 106. ff. solut. mat. Farinac. in fragment. crimin. part. 1. lit. E. n. 75. Cevall. tom. I. quæst. 336. n. 3. Delbene. d. l. tom. 2. cap. 14. dubit. 14. n. 1. 11. Idem in exorbitantibus à jure, tenet Bartol. in l. si vero, s. de viro. à n. 1. ff. solut. matrimon. ubi Roman. Carleval. d. tit. 3. disputation. 28. n. 16. Tiraquel. in l. si unquam, verb. liberis, n. 27. Cod. de revolution. donat. Olasch. Pedemontan. decis. 120. n. 8. Villadieg. in rubric. de extensiōne leg. exorbitant. n. 3. Farinac. supra, n. 124. Sed caufarum favor efficit, ut in his extensiōni sit locus Argel. quæst. 4. art. 1. n. 5. Craveta de antiquit. tempor. part. 4. in princip. n. 79. Villadieg. in rubric. de extensiōne leg. limitativa. à n. 9. & in d. rubric. de extensiōne leg. exorbitant. n. 3. in fine. in ult. ampliat. Farinac. n. 108. 109.

Quod si in lege correctoria ejus ratio exprimatur, ad casus similes excedetur correctio. Tiraquel. in tract. causa cessante, part. I. num. 142. & de retract. lignag. §. 20. n. 3. 8. Hipolyt. in l. si quis viduam, n. 26. ff. de questionib. Menoch. conf. 484. n. 8. 9. Menchaca. lib. 1. succession. §. 6. n. 6. Pinen. in l. I. part. 3. n. 64. Cod. de bon. matern. Mexia in pragmat. taxe pan. conclus. 4. n. 8. Pet. Barbos. in dict. l. si constante, in princip. numer. 102. Pat. Sanchez de matrimon. lib. 8. tipp. I. n. 34. Joan. Valer. de different. inter utrumque for. verb. lex. different. §.

Ibi: Nam & casus omissus manet decidendum.

46 Casus in dispositione qualibet omissus ex dispositione juris communis venit decidendum, l. si cum dotem 23. ff. solut. matrimon. l. si extraneus 6. ff. de

condit. caus data, Cyriac. tom. 2. controvers. 210. n. 49. Caball. resolut. crim. cas. 271. n. 7. Escobar. de ratiocin. lib. 1. cap. 28. n. 6. Rota apud Vivian. in prax. jur. parvona. decis. 62. n. 6. Pareja supr. dict. titul. 5. refo ut. 10. n. 4. Tusch. lit. O. conclus. 11. 6. Ferrer. in Constitutionib. Cathalon. glos. 5. n. 104. Menoch. conf. 76. n. 8. Tiraquel. de jur. primog. quæst. 40. n. 194. Cevall. tom. 2. q. 76. n. 10. Marelc. d. lib. 2. c. 77. n. 29. Pacian. de probat. lib. 1. c. 34. n. 6.

Non autem causus omissus dicitur, qui si b. dispositione aliquo modo tacite comprehenditur, vel propter rationis identitatem, aut presumptam mentem disponentis, Bald. in d. l. per diversas, col. 1. C. mandat. Cravet. conf. 326. n. 9. vers. Septimo, considero, Cyriac. tom. 2. controvers. 301. n. 26. & 27. Menoch. conf. 5. n. 25. conf. 232. n. 35. conf. 289. n. 46. qui alios laudat.

Ibi: Imo etiam se quid excipiatur à regula.

Ubi alias de jure locus est extensionis, dictio taxativa addita exceptio, vel dispositioni cui libet, non impedit casum similem comprehensionem, Delbene. d. t. 2. c. 19. dub. 11. n. 11. Ant. Gomez. var. lib. cap. 11. n. 13. Guttier. Canonica. lib. 1. cap. 14. n. 5. Padill. in authent. res. que. n. 81. C. commun. de leg. qui communem dicit. Menoch. lib. 4. præf. 36. n. 20. & conf. 166. n. 14. Cravet. de antiquit. tempor. part. 4. princip. 112. Socin. Jun. conf. 53. n. 6. lib. 2. Sanchez in precept. Decalog. cap. 15. n. 37. Fontanel. de patr. nuptialib. tom. 1. claus 4. glos. 28. à n. 17. Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. n. 34. August. Barbos. in collectan. ad Clement. ex. vi. n. 2. de verb. significat. Surd. conf. 443. n. 32. vol. 3. Cyriac. d. controver. 478. n. 83. Idem quoad personas dicendum est, ut taxativa non excludat personas similes expressis, Bald. in l. fin. C. de actionib. empt. Menoch. conf. 705. n. 9. Curt. Senior. conf. 77. colum. 10. vers. Quia respondeo.

Ad Num. 7.

Per exceptionem regulam ampliari non posse, scripserunt Tiraquel. de retrat. lignag. ad finem, n. 94. ubi latè August. Barbos. de axiomat. juris. axiomatic. 84. n. 7. Stephan. de Fredericis de interpretat. jur. par. 2. n. 125. Casan. conf. 8. n. 48. Menoch. conf. 416. n. 25. Sed dicendum videtur, quod hæc sententia erit vera, si de extensiōne, seu ampliatione strictè sumpta accipiatur: nam certum est propriè non dici regulam extendi ad casus, qui sub eadem etiam implicitè continentur, sicut proximè dicemus; & notant Cyriac. ex multis, dict. controver. 478. à n. 79. Augustin. Barbos. in collectan. ad cap. 1. n. 4. de temporib. ordinat. in 6. Per exceptionem autem regula non ampliatur ad alia, quæ absque illa non comprehendebantur, sed solum comprehensione aperiuntur.

Nec refert, quod si exceptio non adjiceretur, regula non contineret, quæ ea apposita non complectitur; ut in exemplo quartæ conclusionis D. Covarruvias, de jam venali excepta: hoc enim provenit ex ignorata mente proferentis, qui per inertia verba propriam explicat voluntatem, minus dicens, quam sentit, ac vult; atque ita exceptio regulam non extendit, sed solum declarat. Ex hoc tamen ab effectu dicitur exceptio regulam ampliare, cum per illam veniamus in cognitionem voluntatis disponentis, quæ strictius secundum verba contra mentem loquentis exequenteretur, nisi exceptio ipsam manifestaret.

Variar. Resolut. Lib. II. Cap. V.

Ad Num. 8.

Supra, lib. 1. capit. 6. ex nu. 22. Ancharrani sententiam latè comprobavimus.

Ad Num. 9.

Similiter ex eisdem rationibus, quas consideravimus, ubi proxime, & hoc displicer; nam causus iste, & præcedens sunt similes: videatur Barbos. in collectan. ad cap. 2. n. 8. de offic. Vicarii, in 6.

Ibi: Horum sententia primò ex eo probatur.

Huic rationi omnino adversatur dict. l. nam quod liquida, §. ult. ubi per exceptionem vini regula circa penum restringitur.

Ibi: Secundo: satis est exceptionem.

50 Hoc verum est, si omnia quæ sub regula ex proprietate sermonis non comprehenduntur, experientur; sed cum una excipiatur duncatax species, ut lana venalis: nequaquam ostenditur cetera venalia ad regulam non pertinere; immo contrarium plane colligitur, eo quod exceptio debet esse de contentis in regula, ut probat Consultus in dict. l. questionis 12. §. Idem respondit, domo instructa, ibi: Nam qui hec inquit, exceptit, non potest non videri de ceteris rebus; quæ in ea essent, sensisse, ff. defund. lib. 6. in quibus de actu specialiter faciendo tristatur.

Ibi: Tertio, exceptio ad hoc à regula fit.

51 Licet quæ tendunt ad diminutionem, non debant augmentum operari, ut diximus supra, lib. 1. cap. 6. num. 25. id est intelligendum directe, secus per consequentiam: nam hoc modo sapè in jure illa regula fallit, l. denique 8. §. Interdum, ff. de pecul. legat. ubi Glos. verb. interpretantur, familiæ decisiones adducit. Exceptio autem non operatur augmentum regulæ, nisi indirecte, quatenus per eandem voluntas disponentis declaratur.

Ibi: Nam quoad juris dispositionem.

52 Neque ista obstant, nam exceptio mentem loquentis, à qua regula penderit, optimè manifestat; quamvis ipsi regulæ sit contraria, cum ea sit contrariorum natura, ut uno cognito, in alterius cognitionem perveniamus; textus in §. 1. ubi Glos. verb. simul. intelligimus, Inst. de his qui sunt, vel al. jur. sunt.

Ibi: Sed id, ut & hoc obiter adnotemus.

53 Regula & exceptio quamvis inter se opponantur, utraque tamen secundum diversam rationem iuri potest convenire.

Ibi: Quarto, fortis instat consideratio.

54 Respondetur, quod ut exceptio congrua sit, necesse est omnino, quod exceptum ratione aliqua continetur in regula, nisi excipiatur, l. sed an ultro 10. §. 1. ff. de negot. geft. Unde ne exceptio lana venalis inepta sit in casu d. §. Uxor, necessario est fatendum, venia cetera sub legato generali rerum, quæ domi sunt testatorem voluntate comprehendere; cum alioquin venalis lana de contentis sub regula non esset. Nec dicat aliquis, sufficere, ut bona sit exceptio Faria adit. ad Covar. Tom. I.

tio, quod defunctus sub regula lanam venalem comprehendenteret, nec opus esset, reliqua venalia comprehendisse: hoc enim in severum est, sed verba generalia, quibus legatum est, apta sunt, ut ex mente loquentis ad omnia venalia extendantur; non autem ad speciem particularem, ut lanam; atque ita propter verborum generalitatem dici non potest, solum lanam venalem fuisse comprehensam, sed simili cum ceteris venilibus omnibus, eti illa tantum fuerit excepta:

Ibi: Unde in hac, quam tractamus, quæstione?

Quamvis Ancharrani sententiam quoad decisionem textus in c. qui ad agendum, de procurat. in 6. probaverim lib. 1. cap. 6. n. 22. cum seq. alii fundamentis sum motus, quæ ibi poterunt videri. Tamen ejus rationes proximè impugnati in defensionem quarti intellectus per D. Covar. traditi supra, n. 4. ad d. §. Uxor, quoniam mihi verus est visus; ubi enim iura non exigunt aliquid specialiter fieri, sufficit interpretativa voluntas, quæ ex exceptione lanæ venalis colligitur, ut cetera venalia censemunt legata; cum sapientissime in ultimis voluntibus, eti verba deficient, dispositio ex conjecturis sustineatur, l. cum proponeretur 66. ff. de legat. 2. l. cum avus 101. ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter 6. C. de infit. & subfitt. & alibi passim. At secus est in d. cap. qui ad agendum de procur. in 6. & in d. cap. 2. de offic. vicarii, eod. lib. 6. in quibus de actu specialiter faciendo tristatur.

No refragatur præmissis, sat esse, quod exceptio sit de regula secundum verborum concordem, eti non juxta juris intellectum: Nam responderetur hic de jure non queri, sed de voluntate defunctorum, qui si cognovisset; lanam sub verbis cum effectu non comprehendendi, minime eam exciperet; quandoquidem foret ineptum, ac inane: praterea, si solum ad verborum sonum attenderet, omnia venalia exciperet, cum haec sub illo contineri videantur, si vellet, ut non præstarentur; sed dum solum lanam venalem exciperet, cetera venalia legasse demonstravit.

Vers. Quinta conclusio.

De his supra, num. 10. cum seqq. & n. 22. 23.

Ad Num. 10.

De significatione particulae, seu, latè August. 57. Barbos. de d. Elionib. dict. 363. Tuschus lit. D. conclus. 372. Calvin. in lexic. jur. Alberic. in suo diccionario.

Ibi: Quia verbum, seu, ampliandi legatus causa positum est.

Particula, seu, in legis ampliatiæ accipienda est, ut ultra laudatos hic à D. Covarruvias sentiunt Barbos. ubi proxime, num. 8. Stracha de Adjecto, part. 4. quæst. 1. à n. 4. Cened. post lib. Canonica. & practicar. sing. 15. n. 3. Gomez in §. Sed ista, n. 38. Inst. de actionib. Natta conf. 626. n. 11. Cravet. conf. 105. n. 6. Roman. sing. 552. Calvin. supra Contra infra, n. 60.

Ibi: Nec refert concipiatur legatum per verba singularis.

Sequuntur Tusch. supran. 13. Francisc. Cremens. sing.